

# PROF. JULIUS KARL SCHLÄGER

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1706 in Hannover
Gestorben	1786 in Gotha
Kurzvita	Phil. Prof. d. griechischen und orientalischen Sprachen in Helmstedt (1737–1744); Vorsteher des hzgl. Münzkabinetts, der Friedenstein`schen Münzsammlung in Gotha (1744–1786);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Julius Carolus Schläger Hannoveranus (20.04.1727)
Ehefrauen	Sara Elisabeth Schläger geborene Schauer, Heirat 1737
Quelle	
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/10422665X">https://d-nb.info/gnd/10422665X</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-195-schl%C3%A4ger">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-195-schl%C3%A4ger</a>

## Lehrstühle

1737–1744 Lehrstuhl für Griechisch / orientalische Sprachen, Helmstedt

## Ämter

1744–1786: Gotha, Vorsteher d. hzgl. Münzkabinetts Friedenstein`sche Münzsammlung

1747: Gotha, Hofrat

## Vorlesungen (44)

Jvlivs Carolvs Schlaeger Gr. & Orientalium linguarum P.P.O. praelectionibus publicis D. Pauli ad Timotheum epistolas interpretabitur. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1737

[...] Privatim tria aperire constituit collegia, quorum unum destinatum erit antiquitatibus Graecorum sacris, ad B. Lakemacheri ductum enarrandis: Alterum exponet linguae sanctae fundamenta: Tertium denique in Hadr. Relandi antiquitatibus veterum Hebraeorum sacris explicandis versabitur., Sommersemester 1737

Ivlivs Carolvs Schlaeger Gr. & Oriental. linguar. P.O. horis publicis praelectionibus destinatis in Genesos librum commentabitur. [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1737/1738

[...] Privatim praeter linguae Hebraeae fundamenta atque epistolam ad Hebraeos explicabit etiam gentis Graecae antiquitates, quantumque earum cognitio penitior ad divinas foederis utriusque tabulas accuratius intelligendas conferat, exemplis bene multis ostendet. Et quemadmodum promptam quoque in aliis philologiae, cum sacrae, tum profanae, partibus operam commilitonibus optimis pollicetur: ita nec eorum unquam deerit desiderio, qui capita antiquitatum Graecarum Orientaliumque selectiora disputando cupiunt pertractare., Wintersemester 1737/1738

Jvlivs Carolvs Schlaegervs, Philologiae Graec. & Oriental. P.P.O. publice in D. Lucae historiam Apostolorum commentabitur. [...] Statam publice docendi horam habet ab III. ad IV., Sommersemester 1738

[...] Privatim antiquitates gentis Hebraeae sacras tradet, viamque commonstrabit brevissimam, qua ad penitiorem linguae sanctae scientiam perveniri possit. Partes quoque philologia alias, ex

commilitonum desiderio, recensebit., Sommersemester 1738

Ivlivs Carolvs Schlaegervs Graec. & Orient. Philologiae P.P.O. publicas recitationes in Apostolorum historiam, a. D. Luca conscriptam, continuabit, iisque finitis, Ecclesiae librum ex linguae Hebraeae indole atque antiquitate illustrabit. [...] Statum docendi publice tempus est diebus Mercur. & Saturn. hora X & IV., Wintersemester 1738/1739

[...] Privatos labores varii generis praelectionibus philologicis, quas sibi fore utiles Commilitones Optimi Nobilissimique iudicabunt, destinavit., Wintersemester 1738/1739

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Graec. ac Oriental. Philolog. P.P.O. publice operam eo collocabit, ut methodum tradat brevissimam, qua ad penitorem linguae Hebraeae cognitionem possit perveniri. [...] Docet publice diebus Mercur. & Saturn. hora VIII. & IV., Sommersemester 1739

[...] In privatis scholis gentis Graecae, cum primis Atheniensium, ritus enarrabit eorumque usum in S. codicis interpretatione insignem exemplis bene multis ostendet. Praeterea sensum epistolae ad Hebraeos ope antiquitatum Hebraicarum atque indolis Graecae linguae patefaciet. Nec etiam illis deerit, qui collegium fundamentale Chaldaicum Syriacumque desiderabunt., Sommersemester 1739

[...] Privatim aperire constituit collegia tria, quorum unum destinatum erit interpretatio libri Exodi, adiuncta vocum difficiliorem analysi grammaticam: [...], Wintersemester 1739/1740

[...] alterum pericopis evangelicis, ope antiquitatum Hebraicarum explanandis: tertium denique in fundamentis linguae sanctae tradendis versabitur. [...], Wintersemester 1739/1740

[...] Neque tamen operam suam denegabit plura huius generis desiderantibus., Wintersemester 1739/1740

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Graec. ac Oriental. Philolog. P.P.O. Luciani, scriptoris elegantissimi, mortuorum dialogos, typis separatim describendos, ex sermonis Graeci genio atque antiquitate publice illustrabit. [...] Docet publice diebus Merc. & Sat. hor. VIII & III., Wintersemester 1739/1740

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Graec. Ac Oriental. Philolog. P.P.O. absolutis Luciani dialogis mortuorum, per aetatem Hoseae vaticinia commentationibus philologicis publice illustrabit. [...], Sommersemester 1740

[...] Privatium collegium, Hebraici codicis lectioni, quam cursoriam vulgo vocant, destinatum, quod sub anni huius labentis initium est auspicatus, sedulo continuabit. [...], Sommersemester 1740

[...] Praeterea sacras gentis Iudaicae anuitates ad ductum Hadr. Relandi ea enarrabit lege, ut institute Mosaica a Rabbitorum placitis sollicite secernat, atque insignem, qui ex horum rituum dogmatumque cognitio paullo penitiori in S.S. interpretationem redundant, usum exemplis bene multis ostendat. [...], Sommersemester 1740

[...] Et, uti per semester hibernum pericopas evangelicas ope antiquitatum, cum Hebraicarum, tum Graecarum, exposuit: ita nunc, ex commilitonum voluntate, ad textus epistolicos, eadem methodos enarrandos, accedet. [...], Sommersemester 1740

[...] Promptam quoque operam illis pollicetur, qui vel linguae sanctae fundamenta penitus cognoscere, aut rei numariae vetustioris notitiam sibi comparare cupiunt., Sommersemester 1740

Ivlivs Carolvs Schlaegervs Graec. et Oriental. philolog. P.P.O. horis publicis antiquitates Graecorum sacras, a Lamb. Bos delineatas, uberius exponet. [...], Wintersemester 1740/1741

[...] In scholis privatis et privatissimis varias philologiae partes, pro commilitonum voluntate, more suo, pertractabit. Promptam quoque operam iis offert, qui selecta elegantiorum litterarum capita disputando cupiunt pertractare., Wintersemester 1740/1741

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Philologiae Graecae atque Orientalis P. P. O. publicis praelectionibus

commentabitur in Hoseae vaticinia. [...], Sommersemester 1741

[...] In scholis vero privatis Exodum Mosis, [...] recensebit., Sommersemester 1741

[...] D. Lucae historiam Apoftolorum [...] recensebit., Sommersemester 1741

[...] atque antiquitates gentis Graecae civiles, militares et domesticas, ad ductum Lamb. Bos, recensebit., Sommersemester 1741

Ivlivs Carolvs Schlaegervs praelectionibus publicis Exodum & Pauli ad Timotheum epistolas interpretabitur. [...] Hebraica publice docet diebus ordinariis hor. X-XI Graeca vero dieb. Mercur. & Satur. hor. X-XI & II-III., Wintersemester 1741/1742

[...] Horis priuatis fundamenta linguae sanctae tradet, ac praeterea dierum dominicorum pericopas epistolicas, ope antiquitatum Hebraicarum Graecarumque, exponet., Wintersemester 1741/1742

Ivlivs Carolvs Schlaegervs, vtroque clementissime ipsi demandato munere rite functurus, horis Hebraicis librum Levitici; Graecis vero pericopas, quae euangelia vulgo dicuntur et diebus dominicis concionibus sacris explicantur, philologicis observationibus, publice, illustrabit. [...], Sommersemester 1742

[...] Privatim collegia aperiet tria. In primo gentis Hebraeae ritus caerimoniasque sacras, ad ductum Hadr. Relandi, ea recensebit ratione, ut et iustas rerum sacrarum, imagines commilitonibus humanissimis sistat, et locupletissimum, qui ad manus est, Synagogae Iudaicae apparatus proferat, et quantum utilitatis ex penitiori harum antiquitatum cognitione in divinarum paginarum interpretem redundet, bene multis commonstret exemplis. Secundo linguae Hebraeae fundamenta strictim quidem breviterque, sed ita tradet, ut illis fiat satis, qui huius sermonis indolem proprietatesque accuratius cognoscere cupiunt. In tertia vero schola privata epistolam ad Hebraeos a D. Paulo datam, ope sanioris hermeneutices rituumque veterum, explanabit., Sommersemester 1742

Ivlivs Carolvs Schlaegervs, Graecae et Orientalis philologiae P.P.O. horis Hebraicis Hoseae vaticiniae; Graecis vero antiquitates Graecorum sacras, civiles, militares et domesticas, ad ductum Lamb. Bos, publice recensebit. [...] Statum publice docendi tempus habet diebus ordinariis ab hora X ab XI; extraordinariis vero Mercurii et Saturni diebus ab X-XI antemerid. et ab III-IV. pomerid., Wintersemester 1742/1743

[...] In privatis scholis dierum dominicorum pericopas epistolas, antiquitatum Hebraicarum auxilio, vel eius generis alia, pro auditorum desiderio, interpretabitur. Nec denegabit operam suam, qui selecta philologiae sacrae capita disputando cupiunt pertractare., Wintersemester 1742/1743

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Graec. et Orient. philologiae P. P. O. publice, horis Hebraicis, librum Geneseos, lectione cursoria, recensebit; [...], Sommersemester 1743

[...] Graecis vero, post traditam de dialecti Atticae proprietatibus doctrinam, interpretabitur tersissimi Luciani, Samosatensis, mortuorum dialogos, separatim, in usum auditorii, editos. [...], Sommersemester 1743

[...] In scholis privatis partim ritus gentis Hebraeae sacros, ad ductum Celeb. Hadr. Relandi, enarrabit, [...], Sommersemester 1743

[...] partim vero pericopas tam evangelicas, quam epistolicas, diebus festis solemnioribus concionibus sacris explicandas, antiquitatum Hebraicarum Graecarumque auxilio, illustrabit., Sommersemester 1743

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Orient. et Graec. Philologiae P. P. O. publicis, et quidem Hebraicis horis continuabit praelectiones in Hadr. Relandi antiquitates Hebraeorum sacras; [...], Wintersemester 1743/1744

[...] Graecis vero commentabitur in pericopas dierum dominicorum euangelicas, philologiae sacrae

auxilio illustrandas. [...], Wintersemester 1743/1744

[...] Privatim duo aperire constituit collegia, quorum unum destinatum erit explicationi philologicae epistolarum pericoparum, quae diebus dominicis pro sacris concionibus debent exponi; [...], Wintersemester 1743/1744

[...] alterum autem fundamentis linguae Hebraicae, perspicue tradendis. [...], Wintersemester 1743/1744

[...] Ceteros labores, eosdemque priuatos [...], commilitonum accommodabit desiderii; sicuti etiam promptam semper iis praestabit operam, qui (electa antiquitatum cum Hebraicarum, [...]), Wintersemester 1743/1744

[...] Ceteros labores, eosdemque [...] et priuatissimos, commilitonum accommodabit desiderii; sicuti etiam promptam semper iis praestabit operam, qui (electa antiquitatum cum Hebraicarum, [...]), Wintersemester 1743/1744

[...] tum Graecarum argumenta publice disputando voluerint pertractare., Wintersemester 1743/1744

Ivlivs Carolvs Schlaeger, Graecae et Orientalis philologiae P.P.O. horis publicis, iisque Hebraicis, vaticinia Hoseae; Graecis vero epistolam, ad Hebraeos datam, philologice interpretabitur. [...] Statum publice docendi tempus habet diebus ordinariis ab hora X-XI extraordinariis autem Mercuriis et Saturni diebus ab X-XI antemerid. et ab II-III. pomerid., Sommersemester 1744

[...] In Scholis priuatis continuabit, quas multorum rogatu, sub anni huius initium, orsus est, commentationes in pericopas euangelicas epistolicasque, diebus festis pro concione sacra a sacrorum antistitibus exponendas. Praeterea partes philologiae tam Graecae, quam Orientalis alias, ex commilitonum desiderio, tradet. Promptam quoque iis offert operam, qui selecta antiquitatum capita disputando pertractare cupiunt., Sommersemester 1744

### **Dissertationen (2)**

De Atheniensibus Civitatem Svam Sangvine Hvmano Lvstrantibus Ad I. Cor. IV, 13 Dissertatio Philologica, 31.03.1739

De Debitore Obaerato Secundvm Ivs Hebraicvm Et Atticvm Creditori In Servitvtem Adivdicando Dissertatio Philologica, 03.06.1741

### **Beteiligung an Dissertationen (4)**

Opponent in: Julius Karl Schläger (Präses): De Atheniensibus Civitatem Svam Sangvine Hvmano Lvstrantibus Ad I. Cor. IV, 13 Dissertatio Philologica, 31.03.1739

Respondent in: De Helotibus Lacedaemoniorvm Servis Dissertatio Inavgvralis Philologica Prior, 07.11.1730

Respondent in: Johann Gottfried Lakemacher (Präses): De Gad et Meni ... , sive Hecate et Mana olim a Judais culta ad illustrandum Es. LXV. II, 27.10.1728

Respondent in: Johann Gottfried Lakemacher (Präses): Munia Offerentium Et Sacerdotum In Sacrificio Holocausto Ex Abarbanele Designata Et Observationibus Nonnullis Illustrata, 30.06.1730. VD17 23:256246M

### **Zitierhinweis**

Prof. Julius Karl Schläger. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-195-schl%C3%A4ger>

CPH: Julius Karl Schläger

H E R Z O G  
A U G U S T  
B I B L I O  
T H E K

[06.07.2026]